AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 145r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



eorum riuorum. quod per multa locorum ab eodem fonte dedu
citur. ita narracio dispensatoris tui sermocinatu
ris pluribus profutura. paruo sermonis modulo
scatet fluenta liquide ueritatis. Vnde sibi quisque
uerum quod de his rebus potest hic illud ille illud
per longiores loquelarum anfractus trahat. Alii enim
cum hec uerba legunt. uel audiunt. cogitant deum quasi
hominem. aut quasi aliquam molem immensam predictam po
testatem. nouo quodam et repentino placito extra se
ipsam tamquam locis distantibus fecisse celum et terram. duo
magna corpora. super et infra. quibus omnia contine
rentur. Et cum audiunt dixit deus. fiat lux. et facta
est lux. cogitant uerba cepta et finita. sonantia tem
poribus atque transeuntia. per quorum transitum. statim
existere. quod iussum est ut existeret. et si quid forte aliud
hoc modo ex familiaritate carnis opinantur. in
quibus adhuc paruulis animalibus diuisto humil
limo genere uerborum tamquam materno sinu eorum
gestatur infirmitas. Salubriter edificatur fides.
qua certum habeant et teneant deum fecisse omnes
naturas. quas eorum sensus mirabili uarietate cir
cumspicit. Quorum si quis piam quasi utilitatem dictorum
aspernatus extra nutritorias cunas superba in be
cillitate se extenderit. Heu cadet misere. Et tu
domine deus miserere ne in pulmine pullum conculcent
qui transeunt uiam. Et mitte angelum tuum qui eum
reponat in nido ut uiuat donec uolet. Alii
uero quibus hec uerba non iam nidus sed opaca
fructecta sunt. Vident in eis latentes fructus et uo